Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica I post sancti Laurentii: Lesung aus dem Evangelium nach Marcus

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

dn̄m dicentem · ubi ego sum · illic
& minister meus erit · nolite tan
tum modo bonos episcopos & cle
ricos cogitare · etiam uos pro mo
dulo uestro ministrate xp̄o ·
Bene uiuendo · elemosinas faciendo ·
nomen doctrinamq; eius quibus
potueritis predicando · Et unus
quisq; etiam pater familias · hoc
nomine agnoscat · paternum
affectum suae familiae se debere
pro xp̄o · & pro uita aeterna suos
omnes moneat · doceat · hortetur ·
corripiat · inpendat beniuolen
tiam · exerceat disciplinam ·
Ita in domo sua ecclesiasticum &
quodammodo episcopale implet
officium · ministrans xp̄o · ut in
aeternum sit cum ipso · Nam
& illam maximam passionis mi
nistrationem · multi ex uestro nu
mero ministrarunt · multi non
episcopi neq; clerici · iuuenes ·
& uirgines · seniores cum iunio
ribus · multi coniugati & coniuga
tae · multi patres matresq; fami
lias ministrantes xp̄o · etiam
animas suas in eius martyrio
posuerunt · & honorificante
patre · coronas gloriosissimas
receperunt ·

DOM · I · P S͞C LAUR ·
LEC SCI EUA SEC MAR ·

In illo temp̄ · Exiens ihs de fi
nibus tyri · uenit per sidonem
ad mare galileae inter medios
fines decapoleos · Et cetera ·

LXVIII OMIL BID DE EAD LECT ·

SURDUS ille & mutus quem
mirabiliter cura
tum a dn̄o · modo
cum euangelium
legeretur audi
uimus · genus de
signat humanū ·
in his qui ab errore
diabolice deceptionis · diuina
merentur gratia liberari ·
Obsurduit namq; homo ab audi
endo uitae uerbo · postquam
mortifera serpentis uerba con
tra dn̄m tumidus audiuit ·
Mutus a laude conditoris effectus
est · ex quo cum seductore conlo
quium habere presumpsit · Et me
rito clausit aures ab audienda
inter angelos laude creatoris ·
quas ad audiendam eiusdem crea
toris uituperationem · sermoni
bus hostis incautus aperuit ·
Merito clausit os a predicanda
cum angelis laude creatoris ·
quod uelut ad meliorandum
eiusdem opus creatoris · cibi ue
titi praeuaricationem superbus impleuit ·